UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 1. Leopoldi Austriæ Marchionis Canonisatio

urn:nbn:de:hbz:466:1-66444

Visual Library

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ
LIBER CXVI.

INNOCENTIUS VIII. PAPA.
FRIDERICUS III. OCCIDENT. IMPERATOR.

§. I.
Leopoldi Auſtriæ Marchionis Canoniſatio.

Sæcul. XV. A.C. 1485.

Raynald. Ann. Eccl. ad ann. 1485. num. 54.

Cum Leopoldus olim Auſtriæ Marchio, cognomento *Pius*, die decima quinta Novembris Anno Chriſti milleſimo centeſimo trigeſimo ſexto, vel juxta alios trigeſimo primo ſanctitate juxta ac miraculis clarus obiiſſet, Pontifi-

cum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæcul. XV.
A. C. 1485.

Naucler. gener. 50. pag. 503. Onuphr. in vit. Innoc. VIII. Bullar. to. 3. Surius 15. Novembr. tom. 6.

cum complures illum Sanctorum faſti adſcribere decreverant; ſæpius tamen ſa cra hæc cura interrupta, tandem a Sixto IV. reſumpta, promotaque eſt miſ in Hungariam Cardinale S. Marci, qui vitam ac Leopoldi miracula inquirer ſimulque dabatur negotium Portuenſi piſcopo S. R. E. Vicecancellario, necno Epiſcopo Præneſtino, ut uterque teſt hanc in rem exciperent. Intervenien tamen Sixti Pontificis obitu, Innoce tius VIII. ejusdem Succeſſor, inſpe probatisque Delegatorum teſtimoniis crum Cardinalium Senatum coegit, quo Franciſcus Patavinus cauſſarum Co ſiſtorialium Actor vitæ ſanctitatem luculenta miracula, quæ Deus per Leopoldi merita operari dignatus eſt, e legantiſſima oratione celebrabat. Inno centius his teſtibus, necnon Friderici qui genus ex Leopoldo ducebat, pre bus permotus, die ſexta Januarii Anno Domini milleſimo quadringenteſimo octo geſimo quinto Canoniſationis diploma promulgavit.

§. II.

Principes Chriſtiani ab Innocentio ad bellum in Turcas excitati.

Interim Italia compertis ingentibus Turcarum progreſſibus maximo terrore percelle